

uno quopiam seponeret, congesta ingenti lignorum materia: & adhibitis custodibus mandaret, ut simul ac intellectis, sese victos in praelio, continuo pueros, & uxores injecto igni exurerent. Id reliquis comprobantibus, exurgens quidam negavit aequum fieri, ni consilium hoc uxorum quoque suffragas comprobatum fuisse: quod si non placet, non esse cogendas. Itaque mulieres, ubi rem cognovissent, ipsae inter se habito consilio, Daiphantum collaudarunt, qui rectissime consulisset Phocensium rebus, Eadem autem videri & uxoris, & liberis eorum. His ita peractis, congressi cum Thestalis Phocentes, superiores exiterunt. Ac decretum quidem illud Graeci Phocensium desperationem appellarunt: quod etiam feliciter cessisset, tamen temerarium, parumque cordatum videretur. *Haec Plat. in Pauf. in Phocis.*

CLISTHENES Sicyonis tyrannus, ob suum in Argivos odium, quibuscum diuturnum gessit bellum, ut Homeri carmina tollerent, quia Argivi eivem suum pradicarent, omnia poematum certamina Sicyone sustulit. Quin & Adrastum, cuius monumentum in ipso erat foro constitutum, annuaque veneratione consecratum, inde pellere adortus fuerat enim & ipse Argivus) quia oraculo id facere prohibebatur, Menalippi Thebani corpus, qui Mecistem Adrastum occidit, & Tydeum ejus generum, a Thebanis impetratum, Sicyoni intulit, eique sanum, & annua sacra, quae Adrastrum reddi consueverant, intulit: ita eventurum arbitraret: Reliquis Clisthenis in Argivos conatus in tribuum mutatione extitit, quas ne eadem nomina cum ceteris Doriensibus haberent, ridiculis appellationibus insignivit, ut Hyata. Oneata, Charitata, a live, asino, & porco dicerentur. *Sab. lib. 8. En. 2.*

XERXES Persarum rex in Themistocles caput ducenta talenta pronuntiavit. Itaque cum ad regem e Graecia pulsus fugerit, in Aegia rei maritimae praefecti insidias ei tenderunt. At postquam ad Xerxem venit, benigne cum rex suscepit, & ducenta talenta ei dedit, quod semetipsum adduxisset. *Plat. in Mycens.*

MYCENENSIS durissima fuit cum Atheniensibus certamina, adeoque Athenienses in eos faverit, ut senatusconsulto decreverint omnem Mitylenensium pubem jugulari. Penituit tamen eos, decretumque mutata sententia una die ante allatum est ad Imperatores, quam mandata essent peracturi. *Herod.*

LYSIMACHUS Helleponti rex inter omnes reges Demetrio Poliorceti hostis infestissimus, cum Seleucus cum in acie victum cepisset: pecuniam Seleuco per legatos, si necasset Demetrium, obtulit. Seleucus autem, vel alias eum execratus, longe impensius hinc duxit detestabilem, & barbarum. *Plat. in Demet.*

PROMERUS, domesticus Archelai regis Macedoniae, Euripidi a regis coena redeuntis furtim capes immisit, qui poetam discernerent.

HIPPONAX poeta Bubalum pictorem suis scriptis ad laqueum perpulit. *Aelianus.*

Romani per trecentos annos propere continenter cum Venetibus bellum gessere. *Idem.*

Vehemens adversus pop. Rom. Hamilcaris Carthaginensis duxis odium fuit. Quatuor enim puerilis aetatis filios intuens, ejusdem numeri catulos leoninos in pernecium imperi Rom. alere se pradicabat, digna nutrimenta, D quae in exitum patriae suae, ut eventum converterentur. E quibus Hannibal maturè adeo patris vestigia subsequutus est, ut eo exercitum in Hispaniam trajecturo, & ob id sacrificante, octo annorum natus, altaria tenens juraret, se cum primùm per aetatem potuisset, acerrimum hostem pop. Rom. futurum, ut pertinacissimis precibus instantis belli commilitium exprimeret. Idem significare cupiens quanto inter se odio Carthago, & Roma differerent, misisto in terram pedè, sulcatoque pulvere: tunc inter cas fore finem belli dixit, cum alterutra pars in habitum pulveris esset redacta. Ergo quantumvis patria pulsus esset, & alienarum opum indigeret, nunquam tamen desistit animo bellare cum Romanis. Nam ut omittam Philippum Demetrii Macedoniae regis filium, quem absens hostem reddidit Romanis: omnium potentissimum Asiae regem Antiochum tanta cupiditate incendit bellandi, ut usque à Kubro mari arna conatus sit inferre Italiae. Ad quem cum legati venissent Romani, qui de ejus voluntate explorarent, darentque operam

con silis clandestinis, ut Hannibalem in suspitionem regi adducerent, tanquam ab ipsis corruptus alia aequante sentiret: neque id frustra fecerunt: itaque Hannibal cum comperisset, seque ad interioribus consiliis segregari vidisset: tempore dato adiit regem, eique cum multa de fide sua, & odio in Romanos commemorasset, hoc adumit: Pater (inquit) meus Hamilcar, puerulo meo, utpote non amplius novem annos nato, in Hispaniam Imperator profectus, Carthagenam Jovi optimo maximo hostias immolavit. Quae divina res dum consciebatur, quaevisi à me, velle me secum in castra proficisci? Id cum libenter accepisset, atque ab eo petere coepisset, ne dubitaret ducere: tum ille: Faciam (inquit) si fidem mihi, quam postulo, dederis: simulque ad aram adduxit, apud quam sacrificare instituerat, tamque, ceteris remotis, tenentem, jurare iussit, Numquam me in amicitia cum Romanis fore. Id ego iuratum patri datum, usque ad hanc diem ita conservavi, ut nemini dubium esse debeat, quin reliquo tempore eadem mente sim futurus. Quare, si quid amice de Romanis cogitabis, non imprudenter feceris, si me celaris. Cum quidem bellum parabis, te ipsum frustra feris, si non me in eo principem poteris. *Probus in sua vita. En. 3. Plat.*

T. Q. FLAMINIUS ad componendam inter Prusiam Bithyniae, & Eumenem Pergami reges inimicitiam missus, cum Hannibalem apud Prusiam exultantem invenisset, quem & communi odio tanquam inimicissimum hominem S. P. Q. R. prosequeretur, & privato quoque ob memoriam Flamini patris ad Thrasymenum lacum intercepti: regem perornavit, ut sibi dederet. Ceterum illius fidem non imitari abjecta, statuit morte voluntaria Romanorum manus effugere. Alii seruum ab eo iustum compressa gula spiritum interclusisse tradunt. Quidam sanguinem tauri, sicut Clitarchus, Seratoleseque de Themistocle fixit, bibe cum dicunt, atque eo potu mortuum condidisse. Livius autem Hannibalem scribit venenum ad similes casus preparatum poposcisse, & mortiferam illam potionem tenentem manu didisse: Solvamus ingenti cura populum Romanum, ubi mortis iam consumpti penis tantum, tamque praefens desiderium tenet. Romani patres Pyrrum Epirotarum regem inkleis signis appropinquantem moxibus Romae urbis à veneno monerunt ut caveret. Hi auctores fuerit, ut regie dignitatis, junctaque dextra oblitus hospites, hostem se felere prodere. His diebus regem Prusiam multis exortationibus detestatum, veneno biboscivisse mortem, Lxx. aetatis anno, quidam memoriae prodiderunt. Ejus morte Romae audita, plerique Flamini crudelitatis arguebant, quod velut praecleari cuiusdam facinorosus gloriam adepturus, auctor extitit opprimendi exacta aetate virum, à quo nullum ultimum periculum in republicam propè victici omnium gentium timeri poterat. Quidam vero factum excusantes, Flamini etiam tribuebant laudem, quod perpetuum hostem populi Rom. de medio sustulisset: cui et vires corporis, acrobustia aetatis, non tamen ingenium, consilium, rei militaris peritia defecit, quibus Prusiam ad arma coniecit, Asiaeque novis bellis commovere, ac perturbare potuisset. *Aelianus. in Hannibali.*

Romani, & Peni per cxxx. annos inter se deterrarum imperio terra, & aquis disciparunt. Quo temporis intervallo, si quies fuit aliquando ab armis, ab odiis cessatum est nunquam. Habuit primum bellum Punicum duos, & viginti annos. Mox alterum, quod ab eo proxime est gestum, sexdecim (sunt qui biennium huic numero adiciant, alii triennium.) Postremum, quo Carthago excisa est (anno dcc. quam condicia fuerat, Olymp. clviii. penultimo) tres annos, & est non defuerunt, qui in quantum exivisse prodere. Sed quod minus temporis hoc habuit, quam duo priora illa, eò minus & periculi. Enim vero priore illo, utalid distulimur et elades, septingente Romanorum sunt naves diversis casibus amissae. In altero, quod Barchinam Hannibal gessit, quadringente Italiae urbes sunt, ut Appianus scribit, incendio consumptae trecentaque hominum millia diversis praeliis interfecta. *Sab. lib. 9. En. 5.*

Bello primo Macedonico L. Apustius Romanus classis praefectus, circa Scyllum agri Hermonici, cum Axalo rege conjunctus, tantum animi fecit Atheniensibus, quod continuo decretum tulit, ut omnes Philippus regis filius, atque majorum ejus tituli, & honores in perpetuum abolerentur. Publici sacerdotis quoties pro populo Atheniensis, & profectus facerent, Philippum cum tota progenie, exercitum, regnum, ipsumque Macedoniam nomen exererent. Demum ut impune occideret liceret, si quis unquam Athenis de aliquo

aliquo ipsi regi decernendo, jam inde verba ausus esset facere. A. Atque ita Athenienses verbis, quibus solis valebant, bellum adversus Philippum gerabant. *Sab. lib. 6. En. 5.*

Brutii cum ad Hannibalem defecissent, Crotonem urbem proditione cepant: arcem solam optimatibus in Romana fide continebant. Obfideret Brutii aliquandiu arcem à plebe adjecti, inde Hannonis auxilium implorant. Post ejus accessum, tamdiu in obsidione perseveratum est, donec optemates Locrentium Hannonis interventu pacis facti cum Crotoniatis, ut relicta arce Locros cum omnibus fortunis incolentes migrarent: male autemque illi extores fieri, quam in natali urbe cum Brutii vivere. *Sab. lib. 3. En. 3.*

L. SYLLA postquam Italorum rebellionem multis dissipavit praeliis, Samnites ferme solos consistentes, & in unum conspirantes conspicuas, ante illorum moenia castris locatis, partim vero, qui arma protercerant, ad millia tria, vel, ut alii quatuor in campo Marcio ad Aulia coactos, immisis militibus, triduo post jugulavit. Factis inde proscriptionibus non antea defuit, quam Samnitium nomen deleverit, aut ex Italia finibus omnes egerit. Cum autem de tanta incafetur Bracundia, respondet magistra sese experientia didicisse, ne unum quidem Romanum pacem adurum, quo ad Samnites potentes essent. Itaque civitatem alia vici facti, alia radicatus exuisset. *Strabo lib. 5.*

Genuesis magno praelio ad Calatitanum Sardiniae sinum victi à Venetis, suis oppibus accisis alienas confugerunt. Florebant tum res Vicecomitum omnium maxime in Italia, quas Joannes Vicecomes Mediolani & antistes, & princeps, ad eam diem vehementer auerant. Ad hunc Genuesis legatos misere, qui urbem, cives, agrum, omneque civitatis fortunam publicas, & privatas illius fidei traderent, postularentque unum illud, presibusque conderent, ut se dedito adversus omnem Venetorum Atragonumque tueretur injuriam. Et sic ira & odio simulantibus, se libertate privarunt sua. Accepit libens eam deditioem Vicecomes, ac dedito bene sperare iussit. pollicitus fore, ut nunquam Genuesis publici illius studii in Vicecomites prenterit. Deditioem hujus fama Venetorum adiecit, ut novo federe, & societate partes suas firmarent Carrariensium, Scalnorum, Estensium, Gonziacorum, & in Hetruria Florentinorum amicitiam, & societatem complexi: quod eò facilius sunt consecuti, quo Vicecomitum opes finitimas (creverant enim plus nimio) erant formidolosiores. *Sab. lib. 8. En. 9.*

EMMANUEL CESAR Graecus indignè ferens Venetos negasse, se, cum id peteret, Gulielmo Siciliae regi Graecorum hosti bellum illaturus, quo cum fedus iussisset: Venetos mercatores uno, eodemque omnes die tota Graecia, Graecorumque provincis uno edicto comprehendentes curavit: missoque ad expositulandum oratores contra jus gentium in custodiam tradidit, in quibus Henricum Dandulum, nec dimisit, nisi indignis habitis modis. *Emil. lib. 6.*

Cum Joannes princeps Pisarensum, oppidum Venetis vellet tradere, modo sibi aliquid in reipub. finibus oppiduli, aut castris Senatui daret, quo se alere, & sustinere posset: consulto Senatu responderunt, nolle se ei praesidio esse, qui reipub. obesse voluisset. Id autem propter Patres commemoraverant, quod Ludovici Galli legatos ad Turcarum regem contra remp. missos, Joannem hospitio accepisset, naves, rebus omnibus juvisset, regisque item ad Ludovicum D legatum nave Pisauri egressum domi sua habuisse, clamque per illum misisset, tum ipsum singulis de rebus, quae in urbe agerentur, literas ad regem dedidit, antea cognoverant. *Bembus lib. 5. Hist. Ven.*

BERNARDUS Castellionus Florentinus, obfessa anno M. D. xxx. ab Carolo V. Caesaris exercitu Florentia, cum antea Aurantio Caesaris exercitus Imperatori belliariorum dona detulisset, Alfonso Valtio cohortanti, ut pontifici Clementi VII. alius optimo civi, nec nominis sui clementiae de futuro patriam concedendam curaret, subalta argentea pelvi, quam habebat in manibus, exclamavit, non alio modo Florentinos quam in cineres redactam patriam ea pelvi reddituos. Dixit quoque saepius in adversarum partium cives invecus, sibi unam tantum habere cervicem, se illam cupidissimè uno dextre fuisse idu, districta latiore fisa, deturcaturum. Confessus etiam est, dedita Florentia, tormentis subiectus, se perpetuis sententiis in patricium ordinem, ipsoque Medicis, tanquam tyrannos, inimicissimè fuisse proloquutum, adeo aut neptem pontificis Catharinam (quae post Henrico II. Gallorum regi nupsit) nunquam tradendam esse, sed cum L. B. Theat. vit. Human. Tom. V.

adoleseceret, contrudendum in Martiarucos fornice, ubi tum fedissimum erat lupanar, invercundè censuisset, semperque in senatu à sententia querenda concordia procul abfuisse, incoisissetque juvenentem per Dantem fratris filium, nota ferocia apud turbidos duccem, ut nullam aliam quam in armis, intercessionem inimicorum salutis spem esse putaret, & obiter in adversam factionem effusè grassaretur. *Jovius lib. 29. Hist.*

CAROLUS VIII. Gallorum regè, Armatum Romam ingressum, nec Pontifex Alexander VI. nec Baptista Ursinus Cardinalis, à Pontificis latere nunquam discedens, suo accessu dignati sunt. Ursinus autem saepius testatus est, posse sibi vitam adimi, at vi extorqueri non posse, ut cum amice saluaret, qui ut hostis Romanum Pont. adisset. *Sab. lib. 9. En. 10.*

Parentum.

Vide Tit. Crudelitatis, & Persidiae Liberos erga Parentes.

Electra odium erga matrem Clytemnestram, patris Agamemnonis interfecit, apud Eurip. sic exprimit. *F. Socrates, uterque autem interfectus fuit. Mori juvenis, matris sanguinem ubi jugulando fudero mea. Liberos.*

Et hic Parentum impietas erga filios spectanda venit, quatenus odium habet junctum.

Odium nocerale indicat epigramma. Graecum titulo Callimachi, nec illo quidem indignum auctore.

Εὐχόμενος ἴσχυρος ἔστω τῶν πατρῶν, ὡς ἴσχυρος ἔστω τῶν υἱῶν, ὡς ἴσχυρος ἔστω τῶν υἱῶν, ὡς ἴσχυρος ἔστω τῶν πατρῶν.

LUCLLUS Epigrammatographus filiam suam odio habuit, vel certe simulavit, uti ena. Epigramma, de Surae, col. ligere licet.

De Casare Augusto literis prodium est, quod Julius filiam G & neptem, & Agrippiam prius adopratum, postea abdicarum, non aliter appellare solet, quam tres Vormicas suas, ac tria Carcinomata: adeoque detestabatur mors illorum minime frugales, ut ad omnem illorum mentionem solet exclamare versu Homerico.

Ὀὐκ ἔστιν ἀγαθὸν τὸ μὴ ἴδωαι, ὅταν τρεῖς ὄρνιθες ἴδωαι, ἢ τρεῖς καρκινώματα ἴδωαι, ἢ τρεῖς υἱοὺς ἀγαθῶν ἴδωαι.

O utinam caelestis mansisset, orbisque perisset. *Erasmus in Adagii.*

Tiberius Caesar, filiorum neque naturalem Drufum, neque adoptivum Germanicum patria caritate dilexit: alterius vitis inferus. Nam Drusus animi fluxioris, remissiorisque vita erat. Itaque ne mortuo quidem perinde affectus est: sed tantum non statim post à funere ad negotiorum consuetudinem rediit, justitio longiore inhibito. Quin & Ilienium legatus paulo feris consolantibus, quasi obliterata vix corum dolore, quod egregium civem Hectorem amississet. Germanico usque adeo obrectavit, ut praecleara facta ejus pro superbae vis elevaret: & gloriosissimas victorias, cum damnosus R. Pater: H parer: quod vero Alexandriam, propter immensam & repentinam famem, inconsulto se adisset, questus in Senatu, etiam causa mortis fuisse ei per Ca. Pisonem legatum Syriae creditur. *Sueton.*

Clementia Burgunda, Calixti II. Pont. Rom. foror, cum Roberto II. Fladriè principi fortissimo, & rebus in Syria gestis clarissimè intra tres annos, & eò minus tres filios enixa esset, stercilitatem fertur accessisse, ne sobole numero gravaretur. Quae res illi malè vertit, cum filios omnibus superstes graviter dederet, alios quam suos liberos Flandris imperare, & Jac. Marchantius de reb. Flandriae.

Martiorum.

Jones quidam, ex Atheniensium colonis, cum in Cariam profecti, viros omnes interfecissent, & mulieres ad concubium violenter rapuissent, Caricae illae mulieres, vindicta loco, jurejurando interposito legem inter se sanciverunt, ne unquam cum maritis cibum sumerent, neque eos propriis nominibus compellarent. *Herod. lib. 1.*

seant perimendam : sed quia cavendam putent intemperantiam feminam, nullam eorum uni viro fidem servare credentes. *Jos. lib. 2. c. 6. belli Jud.*
 Inter Sophistas acutissimus Libanius quendam effingit, apud judices seipsum accusantem, & cur ultimo videretur dignus supplicio prominentem causas, quod catenus delirasset, ut uxorem ducere sibi permisisset. *Cel. lib. 28. cap. 13.*
 THALES Milesius, Plutarcho teste, conjugium respuit, ne quando liberorum mortem perferre cogereetur. Majusne in sapiente conjugii odium, an liberorum amor fuerit, dubium.

Auri, Argenti, Pecunie.
 BALEARES auro nummo, aut argenteo non utuntur, & affertur ad insulam prohibent: causam afferentes, Geryonem Chrysaori filium, auro atque argento opulentissimum, quondam ab Hercule bello expugnatum. Existimant enim copioso cum auro, atque argento carere, sese facile omnes vite infidias cvafuros. *Diod. lib. 5. cap. 6.*

Gemmarum.
 ALEXANDER MAMMÆ, cum quidam dono obtulisset viri illius Memæ uniones duos immani precii, eos confestim venditari iussit. Cæterum cum nemo eos licitaret, dubium ob immensum precium, an ut invidia declinaret, negavit uxorem suam uti oportere, quod emi non posset, cosque Veneris inauribus dedicavit. Gemmas in univertum aspernatus est, multo meliores dicitans in Marone esse, quem poetarum Platonem appellabat. *Sab. lib. 6. Enn. 7. ex Lampridio.*

TACTUS uxorem ne imperator quidem passus est gemmis uti: quin Aureliano adhuc privatus auctor fuisse creditur, ut auri usum ex vestibus, & cubiculis submoveret. *Sab. lib. 7. Enn. 7.*
 RODOLPHUS princeps Camerinus ad Ducem Andegavensem, cum Neapolim profectus, videndum in castra venerat. Ostendit ei Dux preciosam admodum supellestem, inter cætera margaritas, saphyros, carbunculos. His conspectis quæsit Rodolphus, quanto lapides illi aestimarentur, & quid utilitatis afferrent? Magnum quid æstimari, Dux respondit, sed nihil afferre lucri. Tum Rodolphus: Ostendam tibi, inquit, duos lapides decem florenorum, qui mihi annuatim ducentos reddunt. Ac deinde cum Ducem hæc admirantem, ad molendum, qui ipse construxerat, duxisset, duos molares lapides ei ostendit, dicens illos esse, qui preciosior utilitatem virtutemque superarent. *Poggini in Faciis.*

Deliciarum.
 SVICI præter cætera valde erga peregrinos humani, oderunt tamen hospites, qui graves odores, ut moschum, zibetum, & similes, secum in vestibus, aut farcinis deferunt, quia feminæ abortiunt eo odore hausto, & ob tales odores peregrinos incolis suspecti fiunt, ne sint proditores regni. Unde non raro unguentis, & odoribus delibatos viatores, præcipue Russos Moschos, atque Danos, à rusticis Svæcis, tanquam viros olentes, fustibus cædi contigit, quibus displicet ille odor. *Olaus lib. 16. cap. 13. & 14.*

Maris, Salis.
 ÆGYPTII Sacerdotes mare detestantur, salemque Typhonia tyranni appellant spumam: & ex interditi in mentis salem nefas est apponere: nec gubernatores salutant, quod exerceant salem, vitamque ex eo tolerant. Avertantur in primis hæc de causa piscem, atque odiste scribunt pisces. *Plut. de Isid.*

Nominis.
 HERODOTUS ait Athenienses, & plerisque aliorum Jorum, hoc nomen erubescere, quia vocari Jorus nolint, & refugiant.

Paupertatis.
 D THEOGENIS, quàm invisâ sibi esset paupertas, his verbis declarat:

ὁ δὲ δὴ πρὶν εἰ μὴ οὐκ ἐπὶ τῆσδε τῆσδε ἀνάσσει, ἀλλὰ τῆσδε τῆσδε ἀνάσσει, ἀλλὰ τῆσδε τῆσδε ἀνάσσει, ἀλλὰ τῆσδε τῆσδε ἀνάσσει.
 O improba paupertas, cur cessas (me) relinquens ad alium commeat? cur verò me vel invitum amas? Quin abi, & domum aliam accede, neque cum nobis semper miserabilis hujus vite sis particeps.

Japonii Indi inopiam (qua tamen plerique laborant) detestantur, adeo ut recens natos infantem, puellas præfertim, ii, qui tenui re familiari sunt, injecto faucibus pede, crudeliter occident. *Jo. Metellus.*

Libertatis odium.
 ÆGYPTII post mortem Sethonis regis Vulcani sacerdotis,

à quo malè fuerat tractati, in libertatem sese afferunt. Quam cum ferre non possent, duodecim sibi rursus reges elegerunt, in totidem partes tota Ægypto divisa: inter quos & Phammetichus fuit, qui postea rursus regnum solus obtinuit. *Herod. lib. 2.*

Jones pontem in Istro custodiebant, ex justu Darii, Scythæ eos ipse libertatis pontem solvere volebant. Jones id polliciti, pontis partem solverunt, ut extra teli jaculum essent. Cæterum cum Darius fugiens ad Istrum pervenisset, pontem denuo junxerunt. Sic Darius sibi consuluit. Eam ob causam Scythæ, Jones tanquam non liberos, sed pessimos, & ignavissimos omnium hominum judicant: deque eis tanquam de servis loquentes, mancipia dominos amantia esse ajunt, & infestatione dignissimos. *Herod. lib. 4.* Calli-crates interrogatus, quod genus hominum essent Jones? Liberi, inquit, mali: sed servi boni, significans, illos necessariè imperare, ac libertate uti, sed servitute æquo animo ferre: videlicet referendos ad secundum hominum genus, juxta distinctionem Hesiodi, qui per se quidem non sapiunt, sed parent rectè sapienti. *Plut. in Lac.*

Mæandrius, Mæandri F. scriba Polygrati Samiorum tyranni interfecto co ab Orate præfecto Sardiorum, civibus suavit, ut Democraticum Reipub. statum amplecteretur. Recusantibus autem illis, ne ipse alienam tyrannidem pati cogere, dominatum occupavit. *Herod. lib. 5.*

DIOGENES Cynicus cum Xenia Corinthio serviret, amici agebant de redimendo. At ille, Nequaquam, inquit: an nescitis leones non nisi servire, à quibus aluntur: sed aliores potius servire leonibus? Nam leo ubicunque est, semper leo est. *Herod. lib. 6.*

Cappadocia, & Cappadocum genti hic honor publicè à Rom. datus est, regia stirpe extincta, ut gens ea libera esset secundum amicitiam, & societatem antè contractam. Principes libertatem recusare, & dicere eam se ferre non posse: ut rex sibi daretur orare. Romani admirati, quod invenirentur, qui libertatem recusarent, permiserunt, ut quæta vellent regem eligerent. Elegerunt itaque Ariobarzarem: qui in progressu, tertiam aedificavit. Tum creatus est Archelaus, nihil illi affinitate conjunctus, idque M. Antonii opera. *Strabo lib. 11. & 12. Justinus.* Jure igitur eos Persius, & Martialis pro servis introducunt: nec obcurta est pœrenia, tria videri videri, nimirum Cappadoces, Cretenses, Cliches.

Pars multò maxima Russianorum sive Roxolanorum, servitute servunt, nec invitii multi quidem & in his nobiles etiam se, conjugem & liberos vendunt, aut quia sic majore otio fruuntur, aut quòd majore voluptate. *Sabell. lib. 3. Enn. 10.*

Servitutis odium.

Ex libertatis amore illustratur. Pellenenses ab Troja navigantes, ad Phlegram appulerunt Captivæ Troades, cum Græci in terram descendissent, non ferentes captivitates, naves incendunt. Erat inter captivas etiam Euthria, Priami foror. Græci navigatorum inopia coacti, terram Sicyoniã occupant, & extructa civitate regionem pro Phlegra Pallenem appellantur. *Polyenus.*

Puer Spartiæ ab rege Anigono captus, ac vendundus, cæteris in omnibus emptori paruit, quæ decere ducere libere facere. Postquam imperavit, ut amidem afferret, non paruit, fatuus Non serviam. Illo contentente, conscendit in tectum, at cum dixisset, Intelliges quid emeris, præcipitavit, se atque expiravit. *Plut. in Lac.*

Læcorum quidam adhuc impubes, captus clamat: Pugnans quidem captus sum, servitute tamen nolo. Verum cum paulò post tubercet servili fungi ministerio, illum parietis caput rupit. *Seneca in Epist. 11.*

Læcorum, cum in auctione præco rogaret illam, quid sciret? Libera, inquit, esse significans, sese captivum quidem esse, cæterum ad liberalem justa non parituram. Itaque cum emptor imperasset quædam non convenientia libera: Plorabis, inquit, qui tibi ipsi talem invideres possessionem: moxque sibi necem conscivit. *Plut. in Appob. Lacænarum.*

Vejentes obfessi à Rom. veteri magistratu ex urbe sub lato regem sibi creantur, qui & bello, & Pace Vejentanam rem suo arbitrio administrant. Regium nomen adeo cæteros He- truriaz populos offendit, ut vel ob id unum negata sint ubique Vejentibus auxilia: totiusque gentis conventu decretum, ut quamdum Veii sub rege essent, nulla juvantur ope. *Sab. lib. 9. Enn. 3.*

Antoninus Caracalla, Romanorum Imp. cum Cennis gente Celuca

Celica bellum post captum Ostrocorum regem gerebat. Cum victoria potius esset, uxores Celicæ captæ, & à Romanis interrogatæ, utrum vendi, an occidi mallent: Mori se male, responderunt. Quæ cum postea essent venditæ, sibi ipsas mortem consecverunt, occidit prius filius, ne & ille servire cogereetur. *Dion. Nævius in Antonio.*

Bello inter Othonem Imp. & Vitellium, ad Bebricum interfuit Suetonius Lenis pater C. Suetonii Tranquilli, tertie decimæ legionis Tribunus Augustiæ. Is ferre crebro solebat, Othonem eam privatum usque adeo detestatum civilia bella, ut ut memorant quodam inter epulas de Cassii, Brucique exitu, cohortarent: nec concursurum cum Galba fuisse, nisi confideret sine bello rem transigi posse. *Sueton.*

Pacis.
 Circa Olymp. 102. rex Artaxerxes videns Græciam tumultibus concitiam, missis legatis hortabatur eos, ut omnibus bellis intermissis, pacem inter se, juxta fœdera jam antea pacta, constituerent. Quam regis sententiam omnibus Græcis libenter approbandam, communem inter se pacem civitates B omnes, præter Thebanos, comsoluerunt. Solent enim Thebanos Beotiam sibi subieciam volentes, à reliquis Græcis recepisse non sunt, quæ placebat omnibus, ut singule civitates jurarent, & promitterent. Unde & fœdere hoc exclusi, Bœotiam ut antea tributariam sibi servabant. Ob quam causam Lacedæmonii commotus, totis viribus expeditionem adversus eos tanquam communes hostes suscipere decreverunt. *Dion. Nævius lib. 14.*

ALARICUS Gothorum rex Romana expeditionis ponticæ ductus, Episcopos ad Honorium Imp. legavit, hortatum, ne culpa sua finiret Romanam urbem, quæ mille annorum spacio magnæ parti orbis terrarum iura cum imperio præscripserat, vastandam, ac diripiendam barbaris tradi, neque tantæ operum, & tam magnificæ moleis hostili flamma deleri, sed æquæ conditionibus pacem conponeret, ac sibi, & urbi omnium præstantissimæ parceret, neque enim se præfaturæ honorem cupere, neque Venetiam amplius ad constituendas sedes exgere, sed certo pecunia numero, & duobus contentum Noricis fore, quæ affiduis barbarorum incursumibus obnoxia sint, ac sicutum tributo nullissimo juventi, & arma adversus omnes hostes ejus latu- rum esse. Cæteris moderationem ejus admittentibus, Jovis prætorio præfectus, & alii regie potentie participes, hæc officii posse negant, quòd omnes magistratus ju- rejutando se obstrinxissent, se cum eo pacem nullam agiturus. Alaricus ergo, postquam suas res ipsi conditiones vidit, univertum exercitum Romam ire præcepit, & constanter in urbis obfisione mansit, donec eam fame perdo- muit. *Signon.*

* APOPTHEGMATA.

Theologi, Ne oderis fratrem tuum pro quo mortuus est Christus, idque gratis: cum Deus, ac Dominus esset, frater tuus factus est. *Anton. serm. 136.*

Ildori Pelusote, propositus favor haud acute cernit: odium autem nihil omnino cernit. Quapropter si ab utraque lema purus, atque immuni esse studeat, non violentas ferre sententias, veni illata crimina iusto, & integro judicio committit. *Epist. lib. 1. epid. 31.*

Tymon Atheniensis, qui ab odio hominum Misanthro- piam, Merito, inquit, improbus odi: reliquos autem, quia improbos non oderunt. *Max. serm. 6.*

Thrasylbulus Pissistrati filiam amabat: eamque cum haberet obviam, in publico osculatus est, ob id uxori maritum in Thrasylbulum iruitum: Si illos, inquit, Pissistratus, qui nos amat, habemus odio, quid sciemus illi, qui nos oderunt? Ac virginem adamatam Thrasylbulus dedit uxorem. *Plutarcho. in apoph.*

Annibal adhuc puer, cum quaerere de finiendo odio inter Roman, & Carthaginem, pedem infixit solo, ac pulvere sollicito, tum denum finem belli fore dixit, cum altera pars in habitum pulveris esset redacta. Agnoscat ingenium curio Roma gentis natum. *Plut. in Annibal. vita.*

Seneca in Hecone furente tragadia 1.
 Si æterna semper adia mortales agant,
 Nec ceptus nunquam cedat ex animis furor,
 L. B. Theat. vit. Human. Tom. V.

*Sed arma felix teneat, infelix pareat.
 Nihil relinquet bella, tum vastis ager
 Squalebit arvis, subdita tellis face
 Meus sepultas obruet gentes cinis.*

HIEROGLYPHICA.

Rebus apud Veteres odii erat signum: sic ut homines mor- rosos, qui genium ab aliis diversum, ac vivendi institutum sibi peculiare haberent, aliorumque mores fastidirent per sicum Rubum effingerent. Est enim Rubi natura, ut citius cum frangas, quam flectas. *Plerius lib. 15. cap. 4. & 5.*
 Ægypti per Piscem odium exprimebant. *Idem lib. 31. cap. 7.*

* Odor. Odoratus.

* DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

ODOR Græcè ὄσμη, Hebraicè Reach, fragrantia, de- finitur à Plinio lib. 15. cap. 27. Infectus aer. *Aristoteles* dicit odorem esse sicci, sic sapor est humidus. Est autem odor secundum communem Philosophorum sententiam, non summa exhalatio, sed qualitas odorati sensibilis, ut tradit *Arist. lib. de sensu. & sensib. cap. 5.* ubi Heracli- tum, Platonem, & alios, qui protrem sententiam docebant, refutat.

Plenam autem odoris definitionem tradunt Philosophi lib. 2. de Anima cap. 9. ejusmodi. Quod si qualitas ex primarum commitione resultans, dominante sicco & calido, atque olfactu movens.

QUOMODO GIGNATUR.

Ex *Aristotele* colligimus, odorem in mixtis corporibus res- sultare ex primarum qualitatum concreione, dominante sic- citate, calore humidum decoquente, & excitante. Diximus in mixtis corporibus, quia elementa, ut in lib. de sensu & sensibilib. cap. 5. Monet *Aristoteles*, odorata non sunt videlicet, interem dum sumera, & pura existunt. Admixta siccitatem dominante, quia siccitatis est quasi materia odoris: Sapor enim, & odor ex humido, siccoque oriuntur: sed hoc inter se, quod in sapore vincit humidum, in odore siccum.

Nasci vero odorem ex siccitatem dominante, argumento est, quod constat aridos, & servidos terrarum tractus, ut Atabiæ, Syriæ, optimorum odorum esse feracissimos.

Item quod res odorifera, si nimum humectentur, in odore redduntur: Ideoque in Ægypto flores minime odorati sunt, quia incubat illis roscidus, & nebulosus aer à Nile flumine, & contrario rosa serenis diebus collecta, majorem odoris fragrantiam reddit.

Quin verò, ut notavit *Hippocrates lib. de carnibus*, & ipsam organum olfactus cum punito deflexu, aut aliquovis in- strumenti cum proprio sensibili naturalis consensio, & cognatio.

Opportuit autem in odore siccum, & tenue vincere, ut odor facile diffundatur, & transeat. Sed enim & aliquid humiditatis ad ipsum requiri, inde patet, quia quæ exa- rescent, & torrentur, odorem amittunt, quod videre est in cineribus ligni odorati, ut observat præter alios *Theophrastus libro sexto de causis plant. cap. 29.* & e contrario, mul- ta nimis arefacta, humidis permissione odorata fiunt, ut ter- ra, cum primùm compluitur post diuturnam siccitatem: nonita verò cum diu maduit: tunc enim humor non siccitatis prævalet.

Denique adiecitimus (calore humidum decoquente, & excitante) quia non erit odor, nisi calor vis accedat, quæ humidum quasi diluit, & attenuat. Hinc *Aristoteles in proble- matibus sectione 12. questione 12.* ait, semina, quæ olent, calida esse, quia odor calorem efficitur: & in eadem sectione quæst. 4. docet odorata omnia, calore abundare. Idemque asserit *Galenus lib. 4. de simplic. medicam. faculte. cap. 22.* Eaque causa est cur alia juxta rosas posita, sive consista eas magni odorata reddunt: videlicet quia folium calcascium, & effuscant, atque ita odorem promovent, ut ait *Conareus lib. 5. de ele- mentis.*

PPP 3 SUBIE.

ornatu aeternum v ale dicat. Modus acquirendi potissimum
A Naturalis est, aut Artificialis. Sub Naturali Agricultura
 & Pecuariam comprehendimus. In his Dei benedi-
 ctionem, & pia familia laborem consideramus. Artificialis
 Mercaturam, & operæ locationem respicit. Quocunque
 modo mercatura fiat, vel licita, vel illicita est. Licita,
 divinitus concessa, societatiq; civili necessaria, sic honesti
 lucri gratia. Patria familia mercatura Pietatem, Justitiam,
 Prudentiam habet comites. Pietas negotiationem
 sanctificat, Justitia edicit, Quod tibi fieri non vis, alteri
 ne feceris. In tanta rerum mundanarum *vanitas* mercator
 prudens, & circumspectus esse debet. Mercaturæ licitæ spec-
 ies tres numerantur. Quædam enim est mercium earum,
 quæ tantum arte, & opificio hominum parantur: quædam
 earum, quæ terra, & aquis nascuntur: quædam verò est ne-
 gotiatio pecuniaria. Illicita mercatura dicitur ea, quam Deus
 damnat, & punit: cujus modus est fraudulenter, & lucrum
 inhonestum. Ejusmodi mercatura primum instituitur non
 ad publicum bonum, sed ad privatam lucram cum proximi
 detrimento. Secundò desinitur ad decipiendum alios,
B præsertim in cautos per omnis generis technas, ut blanditijs,
 mendacijs, perjuris, mercium tum materia, tum formæ res-
 pectu corruptelas, iniquas mensuras, &c. Non prætereun-
 da est. Annonæ flagellatio, & mordens usura. Operæ loca-
 tio, est acquirendi modus, quo pro mercede opera homi-
 nis venditur: eaque sit exercitio artificiorum non modo li-
 beralium, sed maximè etiam Manuatariorum, quæ Deus
 varia ordinavit. & ad hæc contulit hominibus varia dona.
 Ut artificia manuarum sancta sunt, & utilia, ita rectè discenda,
 diligenter, & artificiosè à bonis viris exercentur.
 Possessio, & conservatio facultatum acquiratarum piam
 sufficientiam ut parsimoniam requirit. Caveat deinde, fugiat,
 & damnat fiduciam in divitijs partis: superbia detestatur
 alios proacriter non despiciat. Dispensatio prudens Dei glo-
 riam, nostrum, ac aliorum commodum respicit. Hanc sua
 pietas erga Deum, urget charitas erga proximum, mo-
 deratur oculus œconomicus juxta facultatum modum, quarum
 dominium retinet.

* OECONOMIÆ, ET POLITICÆ
 DISTINCTIO. AC ILLIUS MODI.

Oeconomia scilicet, & Politica differre inter se, non so-
 lum quantum ad domum, & civitatem (hæc enim eis
 subiecta esse) sed in eo etiam, quòd politica ex multis sit
 principibus: economiam verò esse Monarchiam: Prima
 autem in hac hominum cura, ac diligentia circa conjugium:
 societas enim ab ipsa natura maris, & œcaminæ maximè conciliatur,
 ut non solum sit hominibus sed etiam bestiis: nec
 etiam solum naturæ causa, sed & utilitatis. Qui enim viri-
 bus validi imbecilles juvant, rursus ipsi debiles in senectute
 ab illis quandoque sustentantur. Huic accedit etiam, quod
 quando numero prohibemur à natura: saltem specie perpe-
 tuos esse affectamus. Diversa tamen conditione procreati
 simul junguntur ad stabilitorem vitæ usum. Nam feminae ti-
 miditas major ob res domi custodiendas, viris audacia,
 ob fortitudinem, & res foris parandas. Fæminis item charitas
 major, ac patientia ad filios nutriendos: viris sapientia ad
 erudiendos. Possessionum post hæc diligentia adhibenda,
 quarum prima est homo: quæ propter servos ante omnia stu-
 diosius parare oportet. *Aristoteles in œconomicis* in hanc sen-
 tentiam disserit.

Oeconomus ad rem tuendam modi sunt quatuor: Primum
D parare, deinde parum tueri, sine quo nihilo magis parare
 juvat, quam in vias fundo carere, nullum haurire. Præte-
 rea prudentem esse, ac diligentem, nullus enim res alienas
 æque tueret, atque suas. Ex quo Porus interrogatus, quid
 maximè equum saginaret! Oculi, inquit, Domini. Li-
 bys etiam interrogatus, quod optimum latamen? Vestigia
 respondit, domini. Ideò Socrates dicere solebat, Domi-
 num ante servos extirgere, & ultimum ire cubitum oportere.
 Surgere enim noctu, & ad valetudinem, & ad economiam,
 & ad philosophiam denique conferre. *Item in libro 2.*
 dicit, optimum œconomum non gnatum esse debere moris
 locorum, circa quæ negotiatur: sed natura ingeniosum,
 mente verò justum, ac laboriosum.

Hoc igitur cognationis universum cœterum, & systema esse
 judicandum est. Systema autem omne ex contrariis quibus-
 dam, & dissimilibus est, quæ ad unum aliquod optimum, &
 ad communem utilitatem referantur. Nam chorus appellatus

est cœterus. Musæ cœmunionis, & unum commanem spe-
 fiat finem, nempe concentum, item societas hominum spe-
 ca navim ex dissimilibus, & contrariis quibusdam constitui-
 tur, & ad unum optimum respicit, videlicet gubernato-
 rem: & communem utilitatem sibi proponit, hoc est, pro-
 speram navigationem. Sic & familia, quæ cœtus hoc est, cogna-
 tionis, dissimilibus sui partibus componitur, & ad patrem
 familias veluti unum optimum se refert, & concordiam ut-
 pote commune bonum molitur. In summa omnis familia
 tanquam paterfamilias tribus illis indiget, apparatu, concin-
 nitate, & contredatione sine usu Musico. Apparatus qui-
 dem est omnium ejus partium constructio, quibus ipsum to-
 tum, & universus ordinis cognati cœtus absolvitur. Sunt au-
 tem partium ejus duæ primæ, & maximæ, homo, inquam,
 & res, five possessio, quæ regitur, usumque sibi præbet. Que-
 madmodum ipsius animalis partes duæ sunt primæ, & maxi-
 mæ, anima & corpus: illa regit & utitur, hoc regitur &
 usurpatur. Item, vita, ascitium est instrumentum actio-
 num humanarum: corpus autem instrumentum est nativum,
 & cognatum animæ. Porro hominum familiarum constitu-
 tionum alii cognati sunt, alii affines. Cognati, qui ex
 eodem sanguine prognati sunt, aut ab eisdem primis paren-
 tibus originem ducunt. Affines autem cognati sunt affinitatis
 ex nuptiarum conjunctione principium habentes. Illi verò
 aut parentes sunt, aut fratres, aut avi paterni vel matris,
 aut alii quippiam ei, qui per nuptias nobis conjunctus est.
 Quòd si amicorum etiam bonum ad familiam pertinet (sic
 enim familia fit amplior, & magnificentior, non solum mul-
 tis opibus, ac plurimis cognatis, sed etiam amicorum mul-
 titudine aucta) apparet etiam hinc procul dubio familiam
 augeri, & sociale genus amicitie, & perfectionem familiæ
 connumerandum. Possessio autem quædam est necessaria,
 quæ ad usum vitæ requiritur: alia liberalis, quæ ornata & ob-
 lectat hominem, ita ut aliis non egeat: alia liberalem or-
 natum, ingenuamque delectationem excedens, contumel-
 iæ, exitiique radii inter homines pullulat. Quippe multa pos-
 sidentes, necessum est primum inflari, inflatos autem arro-
 gantes fieri: arrogantes factos superbiere, & cognatos, tribu-
 lesque suos neququam sibi similes existimare, deinde contu-
 meliosos fieri: omnis autem contumelia finis exitium est.
 Ubi igitur in domo, & civitate superfluitas existerit, oportet
 abundantiam per legislatorem auferri, & rescitari, quemad-
 modum à bono agricola luxuriantes frondes. Porro cognati
G & familiaris hominum ordinis partes sunt tres, prima im-
 perat, ut maritus: secunda parat, ut uxor: tertia fami-
 liaris, & cognationi auxiliariis est, nempe liberi ex il-
 lis nati: *Callistratus Pythagoricus Lacon ex lib. fami-
 liarum felicitate.*

Ante omnia dicendum est mihi de operibus, quæ fami-
 liam sustentant. Hæc igitur dividantur, ut fieri so-
 let, ita ut viro opera rustica forensis, & civilis tribuan-
 tur: mulieri artem, quæ ad lanificium, & frumenti appar-
 ratum atinet, omnia denique domestica negotia. Non ta-
 men alter ab alterius operibus omnino immunis esse debet,
 nam & mulierem aliquando decebit, ut rus egressa, ope-
 rariis præbet, & patrias familias vicem gerat: contra, vi-
 ro rerum domesticarum habere curam, laudi dabitur,
 partim sciscitando, partim ea, quæ sunt, inspicendo.
 Sic enim mutua communio magis stabiliter, & necessa-
 rias inter se curas communicent. *Hierocles in œconomi-
 cis.*

Aristoteles commemorat multa exempla regum, ac popu-
 lorum, qui calliditate novas artes vestigalis, & rei parandæ
 sibi invenierunt, quæ parva nondum in Latinam linguam trans-
 lata est, ut inquit *Volaterranus lib. 36. Physilogia. Vide ibi in
 c. de œconom. Adde et Xenoph. de œconomico, quem præno-
 minatus, Raphael. Volaterranus eleganter ex Græco traduxit
 in Latinum.*

* APOPHTHEGMATA.

THALES eam familiam probabat, in qua domino pluri-
 mum otii agere liceret. *Stob. serm. 82.*

Chilon admonebat, ut suæ quisque domui præficeret, pri-
 mam enim curam debemus familiaribus: nec idoneus videatur
 administranda Reipublice, qui privatam rectè gubernare
 nescit: Domus enim nihil aliud est, quam parva civitas.
Laert. lib. 1.

Idem dixit, Oportere domum maximè similem fieri civitati,
 quæ regno gubernatur. *Stob. serm. 83.*

Cleo-

OECONOMIA RESPECTU PERSONARUM
 COMMUNICANTIIUM
 considerata.

SOCIETAS HERILIS INTER
 DOMINUM, ET SERVUM.

☞ *Consule Locum de Servitute tanquam Fortuito malo.*

DOMINI
 VIRTUS.

Admetus, Thessaliæ rex, ob pietatem, & probitatem lauda-
 tur ab Apolline apud Eurip. Alceïde, qui ipse domum quo-
 que sibi similem reddiderit:

ὄνα γὰρ ἀδὲς ἄνθρωπος ἴσχυρα.

OFFICIUM, HUC HERILIS
 POTESTAS IN SERVUM,

☞ *Ex loco, Perfidia erga Duces pauca, huc non pauca.*

PROVIDENTIA.

Sic Domini est domum regere institutus: de alimentis pro-
 videre, atque etiam sanitatis curam habere, si *Caton* credi-
 mus.

SERVORUM

GENERA, DIFFERENTIA,
 SERVI ALII.

ORTU, NATIVITATE.

Apud Lycios servi nascuntur ex patre libero, matre serva.
 Servitus enim, & libertas à matre ducitur, uti & familie cog-
 nomen. *Herod. lib. 1.* Quod ipsum in Germania etiamnum
 hodie observatur. Nam si libertus (*Leibsgen* *leuth* Germanis
 appellantur) duxerit liberam, filii inde suscepti patris quidem
 nomen assumunt, ac matris conditionem: sin verò liber li-
 bertam duxerit, filii quoque liberi erunt.

INSTITUTO.

Nonnullæ Indorum gentes pueris adolescentibus, etiam si **G**
 magne fortunæ, & amplis opibus forent, pro servis utebantur:
 ut eam forent experti, quantum decus libertatis foret, agnos-
 ceret. Quod cum Cretenfibus, & Laconibus commune asse-
 verant fuisse, ut ingenuos filios servilia exhibere cogenter,
 Phrygius familiare fuit, proprios vendere filios in eximio
 ætatis flore, & servilem in modum educare. Nabathæis quo-
 que adolescentem ingenuos servilia prestare officium constan-
 guinis, assidua exempla sunt. *Alex. lib. 2. cap. 25.*

Vi, Coactioe.
 ☞ *Huc Mancipia, bello capta.*
 CONJUGIA, LIBERI.

Egyptiis nullus ex serva genitus habetur servus, aut illegi-
 timus: quia solum patrem ingenuitatem, & genus præstat,
 matrem verò natalibus nihil conferre putabant. Pericles
 Athenis auctor fuit, ut qui ex serva, aut non legitimo con-
 jugio nati essent, vel turpi nota affecti forent, civium in nu-
 merum non adscriberentur. *Alex. lib. 2. cap. 22.*

FIDES, PERFIDIA.
 ☞ *Sub loco Justitia, & Injustitia profane de Fide Ser-
 vorum erga Dominos actum.*
 M ANUMISSIO.
 ☞ *Vide Libertas.*

Apud Hebræos ex Dei præcepto servi sex annis servie-
 bant, septimo manumittebantur gratuito. Quòd si servus, cap-
 tus amore sui domini, & uxoris, & filiorum, nollet manumitti,
 cum dominus ad recuperatores adducebat, eique ad
 valvæ, aut ad postem applicato, aurem subula perforabat,
 & ille postea in perpetuum servitute cogebatur. *Exodi 21. & Deuteronomii cap. 15.*

CONJUGALIS SOCIETAS INTER
 MARITUM, ET UXOREM.
 UTRJUSQUE RESPECTU. Quoad

N UPTIAS.
 ☞ *De his infra, inter Accidentia Œconomica, diffusus.*

IMPERIUM.

In Assyria Lunæ templum apud Carras fuisse, memorat
 proditum

CREATUS optimum œconomum inde judicabat, si plures
A haberet sui amantes, quam metuentes. *Ibid.*
 Bias dicere solitus erat, eam familiam esse optimam, in
 qua dominus sponte sit hujusmodi, qualis propter legem so-
 ris est. *Stob. eod. ser.*

PITTACUS optime constitutam esse domum pronuntiavit,
 cui superfluum nihil abundet, & necessarium nihil desit,
Stob. serm. eod.

SOLON optimum œconomum esse dicit, in cujus familia
 pecunia non injuste possideantur, nec difficulter custodiantur,
 necque propter sumptus paucitatem adferant. *Ibid.*

THEANO, cuiusdam personam, quam ratione celebris
 conjugium. Sensit autem mulier amatissima, rum demum
 clarum se fore, famamque maritum, probè educaret filios: &
 rem domesticam sedulo curaret. *Stob. serm. 27.*

LYCURGUS audiens quendam, qui Democratiæ mirum in
 modum probabat: Quin, tu, inquit, primam domi tuæ de-
 mortiam, hoc est, commune imperium infortunis. Decuit
 autem compendiosissime, eam gubernationem Reipublice
 perniciosa fore, quam nemo vellet esse in sua familia. *Plut. in
 Lacoisicis.*

B THEMISTOCLES cum ex duobus filiam suam ambientibus
 bonis moribus prædium diviti prætulisset: virtum se quære-
 dixit potius sine pecunijs, quam pecunias sine viro. Sensit
 autem vir prudentissimus, non obitare paupertatem hominum
 vitæ, si quis rem domesticam pro viribus curare cum tota
 sua familia cupiat. *Stob. serm. 28.*

M. CATO, cum ex Catone quaereretur, quid maximè in re
 familiari expediret: respondit bene pascere. Quid secundum
 satis bene pascere. Quid tertium? bene vestire. Quid quartum
 bene arare. *Cicero lib. 3. officior.*

OECONOMIA UT TOTUM QUID
 CONSIDERATA.

INSTITUTIO OECONOMIÆ.

*Magnum hic inane, propterea quod aliorum in hoc genere labo-
 ribus, & cibo veluti ipse amansio carissimus. Locos interim ipsos
 annotare placuit, ut methodi consistentes attestarentur. Stu-
 dioforumque cogitationes divigeremus, accederemusque.*

OECONOMIÆ DECURSUS.
 RATIONE HABITA

TEMPORIS FAMILIÆ
 NOVE.

Sic Iphicrati, sic Cicroni, sic C. Mario novitas objecta
 ab amulis.

ANTIQUÆ.

Sic quotquot vivimus, de antiquitate Familiarum gloriari
 possunt præiis, qui superioribus seculis vixerunt: gloria-
 buntur ad huc amplius, qui post nos vivunt. In Noe, & Adam
 conveniunt omnes: in eo differunt, quòd alii successione fami-
 liarum propter majorem splendorem laudare possunt, alii non
 possunt, quorum hi ignobiles, & obscuri, illi nobiles quasi
 noti homines appellantur.

CLARITATIS FAMILIÆ
 NOBILES.

D In Ægypto in domorum vestibulis, alas vulturum propo-
 nere: indicium nobilitatis, & vetustatis familiarum erat. *Alex. ab
 Alex. lib. 5. cap. 24.*

Apud Romanos in atrijs nobilium, & foribus, ac circa do-
 morum limina, hostium devictorum spolia, enses, clypei,
 galeæ: currus, devictarum navium rostra, veluti avitæ gloriae,
 & fortium factorum ornamenta, affigebantur: quæ quanto
 vetustiora essent, tanto plus decoris, & majestatis habebant,
Ibidem.

Triumphales domos hoc amplum habuisse ferunt, ut fores
 de via Græco more aperiantur, non intus, sicut de Poplicolæ
 familia proditum est. *Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 24.*

IGNOBILES.

☞ *De ignobilitate egimus loco proprio, VII & loco de Nobilitate.*

proditum est, in quo qui Luna supplicaret, uxoris imperio subigi: qui vero Luno Deo facrum faceret, uxori dominari fe-

rebat. *Alex. lib. 4. cap. 3.* Ergo Germanis nil causae subest, cur mulieres dominentur, qui Lunam matrem, fecinam Solem esse putant: *der Mon. die Sou*, pronuntiando.

Apud Sacas extimas Scythiae gentes, si quis puellam uxorem ducere cupit, pugnam cum ea suscipit: & si illa superior sit, capivum abducit, atque imperium in eum tenet: si inferior, regitur ab ipso. Certant enim non de vita, sed de victoria, & imperio domestico. *Ælian. lib. 12. de Vgr. hist.*

VENERIS USUM.

Quoties cum uxoribus miscerentur Babylonii, igni suffitum faciunt, foco assident cum mulieribus. Sub diluculum abutuntur ambo, nullam vas prius aringentes. Eadem & Arabes faciunt. *Herod. lib. 1. de Assyrii rege Strab. lib. 16.*

Apud Spartanos post nuptias maritus ad sponsam profectus comecbat cum pudore, & metu, ne quis ex familia perciperet, unâ machinante illa, & opportunitatem suppeditan- tem, quo in tempore infans alius congrederentur. Neque verò ad modicum temporis ita agebant, sed aliqui etiam liberos prius tulerunt, quam viderent uxores suas interdiu. Congressus hic non modo temperantia erat, & castimonie meditatio, verum etiam cum corporibus secundos, tum perpetuo amore recentes ad concubitum adigebat, & integros: non expletos, & flaccidos conjunctionibus immodicis, verum semper reliquias aliquas, & aculeum relinquentes muris desiderii, & amoris. *Plat. in Lycurgo.*

USUMFRUCTUM.

Lycurgus omni studio incubuit, ut honesta essent matrimonia, & minima tamen xyloptia. Itaque viro natu grandiori, cui flores aetate erat conjux, si quem probum, & prudentem adolefcentem eorum haberet, probaretque, jus erat eam huic jungere, & cum impleta esset egregie senectute, sibi vindicare partum. E diverso liberum erat: bono viro si qua ei casta mulier, quae elegantes pueros ederet, alteri nupta cordi esset, agere cum viro, ut copiam sibi ejus faceret, atque ita tanquam iugiter armum conferere, & gignere liberos probos, qui proborum futuri confanguinei, & propinqui essent. Ante omnia enim non duxit privatos parentum filios Lycurgus, sed communis civitatis. Quare noluit ex turmalibus sed ex praestantissimis generari eives. Deinde reliquos notavie legislatores oppido insulos, & vanos fuisse, qui canes, & equos ad optimos admistrarios agant, idque gratia, vel precio contentant à Dominis: conjuges vero inclusas, quas ex solis volunt ipse parere, custodia sepiant, sive amantes sint, sive decepti, sive valetudinarii: quasi suos res sibi habere iussit. Dicebatur tunc & uxori nuncius remitti nam primo Epistolaram ad Atticum Cicero: Uxori, inquit, Casarem nuncium remisit. *Idem.*

DISSOLUTIONE MATRIMONII,

QUAE FIT VEL Bona gratia.

Bona gratia dissolvi matrimonium: formula juris antiqui (ut ex *Nepos. lib. 23.* intelligitur) cum propter sacerdotium, stilitatem, senectutem, valetudinem, militiam satis commode retineri matrimonium non potest. *Horoman. de Verbis iuris.*

DIVORTIO.

Apud Hebraeos non erat mutuum divortii jus, sed soli maritus fas erat ab uxore discedere: contra apud Romanos utriusque licebat id facere.

Moyse videns, auctore Hier. Judaeorum alios avaritia, alios molestia domestica, alios libidine commotos, suas uxores injuria, & aliquando morte afficere, quod sibi integrum foret novas ducere uxores, aut ditiores, pulchriores, junioresque: ut domus quieti consuleret, facultatem illis dedit divortii faciendi cum prioribus uxoribus: sed voluit, ut vir daret uxori ita rejecta libellum divorcium, in quo esse Josepho *lud. antiq. 4.* in hanc ferme sententiam inscriptum esse: Tomito me non reperiturum te, quò sic mulier possit cuius rursus nubere. Nec de ea re aliter est lege sancitum, ne fieret contra illud: Quòd Deus copulavit, homo non separet. Ac ita permisso Moyse, non iussit: divortium primum apud Judaeos factum con-

stat. Testatur utrumque Christus apud *Matth. 19.* Quòd Deus copulavit, homo non separet, & subiicit: Moyse, ad duritiam cordis vestri, permisit vobis repudiare uxores vestras: ceterum ab initio non fuit sic. Ad duritiam dixit, quòd sevitiam excrucierint in uxores, quas nimis ferum, ac durum sit, non diligere. *Polid. lib. 1. cap. 4. de rerum Invent.*

Apud Israelitas ex Domini precepto, si quis duxisset uxorem, & ea illi non placuisset, quòd aliquid in ea offendisset inhonestum, scribebat ei libellum divorcium, eumque illi in manum dabat, & e domo sua dimittebat. Quòd si mulier ista repudiata alteri nupisset, & ille quoque eam in vitam haberet, dicebat illi similiter libellum repudiare. *Deut. 24.*

Libellum repudiij Judais quavis de causa uxoris suis dandi potestatem Moyse fecerat: ac Christus ob solam stupri causam dari posse affirmavit. Ejus formula *Videatur in Loco de Matrimonio.*

Divortium Thuris hac lege permittebat, ut nutrimum juniore sponsa, aut viro conjugium postea inire liceret, ne libidine, aut illecebra voluptatum magis, quam causa diversitatis videretur. *Cel. lib. 28. cap. 6. A. L.*

Atheniensibus libello repudiij porrepto à viro, vel uxore, an concedi debeat, magistratus decernit. Solon lege constituit, ut qui uxorem exturbasset, dotem illi restitueret, alioqui interfuturum sextridrachmale ob moram solvere cogere- tur. *Idem.*

Uxorem dimittere, veteris non fuit institutum, nec probatum postea est, quantum Domitianus permisit. Affertur vero ejusmodi divorcium sacerdotis, *Polid. lib. 1. cap. 4. de rerum Invent.* multa horrenda, atrocitae, ac tristitia obuentes, Romulum lege cavisse, satis constat, ne mulier virum, in cuius manu, mancipioque matrimonij causa foret, relinquere fas esset: sed viro uxorem repudiare, si in liberorum veneficio, aut in adulterio foret deprehensa, aut claves subiecisset, aut vinum bibisset. Quòd si aliter quis repudiasset, nec utrum uxori portionem dari, reliquum Cereri esse iussit sacrum. Sed & qui ab uxore diverteret, sacra dis inferis obire. *Idem.*

Roma ante Sp. Carbilium, qui sterilitatis causa uxorem carissimam repudiavit, nulla cautione de dotibus in te uxoria adhibebatur. *Gell. lib. 4. cap. 3.*

Causa Jurisconsultus *Pand. l. 4. tit. de Divorc.* ostendit fuisse receptum, ut divorcium his verbis perageretur: Tuas res tibi habeto, tuas res tibi agito quorum altero reddidit dotem, altero abdicat ab te tutoris munus, in rebus uxoris. Hac autem forma verborum perscripta est, ne vel non rarum esset divorcium, si nullis solennibus verbis perageretur vel inauspicatum, & odiosum, si verbis incivilibus perageretur. *Erasm. litem* in discutendis sponsalibus visum est, uti his verbis: Condicio- ne tua non utar. Ita Alcmena apud Plautum: Valeas, tibi habeas res tuas, reddas meas. Huc alludens Cicero in Antonium Frugi factus est, inquit: illam tuas res sibi habere iussit. Dicebatur tunc & uxori nuncius remitti nam primo Epistolaram ad Atticum Cicero: Uxori, inquit, Casarem nuncium remisit. *Idem.*

Apud Rom. uxori, concepto, necdem edito partu, post divortium, alteri nubere non licebat. Damnatum Augustus Octavium, quòd Liviam Drusillam ex altero viro abduxerit gravidam. *Alex. lib. 4. cap. 8.*

Rutheni divortia inter se frequenter celebrabant, Episcopis permittentibus, literatæ repudiij dantibus. Quidam etiam agrestium, quibus ad Episcopos propter longam itineris distantiam aditus difficilis erat, divortium tali modo peragebat. Cum sibi viri, & uxor utrinque displicerent, tunc extra pagum in trivium ambo prodire solebant, manili accepto, quòd inter se manus utrinque tenendo per medium discindebant, Hic quoque inter se divo, matrimonium etiam divisum esse putabant, & uxori repudiatae vir dicere solebat. Vade tu hæc, ego illac pergam. Sed hic mos nunc proorsus abolitus est. *Guag. in descript. Moscovie.*

Legem habent Turce, qua cavetur, ut is, qui uxorem dimittit, edicat, se non amplius ipsam in sua admittitur. Id factitare summi decore est, postquam sibi ad tres plenes matrimonium discessisse dixerit maritus, neque recipere licet, nisi quis ter splene in medium procedente denuo ducat ab alio adulterio pollutum. Hinc factum, ut cum Bajazetes Turcarum Imp. Tamberlanis nuncius respondisset, nisi pralio se cum Tamberlanis decertaret, optare se, ut uxorem suam ter repudiatam iterum affumeret: Tamberlanis tanto fit correptus furore, uxorem etiam infangane, quae alioqui eum à bello Turcis inferendo sedulo dehortabatur, ut statim contra Bajazetem expeditionem susceperit. *Chalco. lib. 2.*

MARI

MARITI RESPECTU, CONSIDERATUR MARITUS OFFICIUM.

SOLONIS lege maritus uxorem licet sterilem ter mense, ut minimum, complexu jubeatur. Nam est non generent liberos, honorem tamen hic qualisqualis à marito casta mulieri habitus, & benevolentia, multas abstergit undique collectas acerbitates, nec permittit eam jurgis plane abalienari. *Plat. in Solone.*

IMPERIUM IN UXOREM.

Mariti ea fuit potestas in uxorem apud Israelitas, ut quomque voto sese obstrinxisset mulier, si vir repugnaret, eo soluta esset: sin consentiret, vel aperte, vel tacite, eo teneretur. *Num. 30.*

Legem Romulus tulit duram, quæ mulieri à viro vetat divertere, aut viro permittebat illam, veneficio sublati liberis vel subdito partu, vel adulterio admisso, repudiare. Sin alia de causa domo exegerit eam, partem bonorum viri attribuit mulieri, partem Cereri consecravit, Qui repudiasset uxorem, deos manes placaret. *Plat. in Romulo.*

Apud Rom. si quid ab uxore delictum esset, aut si qua similitates, offensione forent, liquidum levia, & per ignorantiam admissa, clementi animæ versione, & mollissimis poenis emendabant: si quid vero gravius, de eo vir non in judicio, & foro, sed semido judiciorum munere, ne libus obstreperent cum propinquis tanquam domesticis judicibus, cognoscerebant quicquid diffidii foret, in sacello deo Viriplace, illarumque contumaciam poenis severioribus, aut mollioribus cohibebant. Quòd etiam Tiberius Caesar statuit, ut propinqui, & necessarii matronas prostrate pudicitiae, quibus accusator deesse, communi sententiæ coerceret. Nonnunquam uxoris offensæ, mariti iudicio permissa fuit: nam Pomponia Gracina capitis, & fama postulata, iudicio mariti insons renuntiata est. *Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 8.*

UXORIS RESPECTU PERPENDATUR GESTATIO UTERI.

Cum ita uterus excrevisset gravidis puellis, ut consueta zona uti amplius non possent, eam zonam in templo Dianæ *dux Zonæ*, Zonam solventis, apud Atheniensis deponabant. Hinc Zonam solvere, pro eo quòd est gravidam fieri. *Natalis Comes Mythol. lib. 3. cap. 8.*

PRIVILEGIA.

Cum Romani Sabinorum filias rapuissent, mox collatis armis pax convenisset, in legibus pacis aliis hoc etiam relatum est: Ne viro Romano Uxor moleretur, neque ejus coquinarium faceret. *Plat. in quaest. Rom.*

CONCUBINATUS.

Ex *Intemperantia Venere* & loco *illastrari* potest *presens Titulus.*

Apud Malabares Indos nobilissimus interdicta matrimonia, nec quidquam sit illis impedimento, quò minus perpetuo se in armis exercant. Habet autem quilibet eorum amicus ordinis ejusdem complures. Nefas enim est illis, mulieri, quæ non fuerit nobilis, commisceri. Similiter & illæ tot amatores habent, quot habere volunt, dummodo nobiles sint. Nulla est inter illos æmulatio: sed aliis per vices sine ullo dissidio, aut obretractatione succedunt. Si vero aliquis mulieri conjungitur, quæ nobilis non sit, aliarum nobilium gladiis conciditur. Similiter & mulieres, quæ eam legem transgunt, idem supplicium subeunt. Testamento filios hæredes non institunt, eo, quòd ignorent, an sint ab illis progeniti. Eorum autem loco lororum filios tibi hæredes adsciscunt. *Oforius lib. 2. xerum Euman.*

CONNUBIA PROMISCUA.

MACARIUM in Africa finitimi sunt Gindanes, quorum uxores ferunt simbras pelliceas singulas multas, ob hoc (ut memoratur) quòd ut à quoque viro veneream passa est, simbram orat: & ut quæque plurimas habet, ita præclarissima censetur, quam à pluribus viris admata. *Herod. lib. 4.*

Ex lege Thecopompus refert, ut scribit Athenæus, Tyrhenis mulieres fuisse communes, quæ corpori fruderent impensis, exererenturque cum viris nude: neque enim illis turpe censebatur hoc. Censasse vero cum his, in quos incidissent,

propinasse item pro arbitrio, fuisse quoque vini capaci stimas, sed forma conspicuas. *Celius lib. 14. cap. 8. Antiq. Lect.*

Nomades communes habent uxores, & filios: & apud Scythas præter censum, & cyathum, uxores, & liberi in communi sunt.

Dapholybies congregati, omnes uno die uxores una ducunt, post Vergiliarum occasum. Nam post epulas mulieribus sortium discumbentibus, extingua lucerna, viri ad ipsas ingrediuntur: & quilibet quænanque contigerit, ducit. *Æm. Nicollan de Morib. gent. Stob. serm. 42.*

Limymii populi concubia habuere promiscua, filiosque editos post quinquennium in unum coctos suam quemque similem agnosceret, & pro filio educare feruntur. *Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 24.*

EVENDS III. Scotorum rex centum concubinas, ex nobilioribus matronis, virginibusque delectas habuit. Legem tulit, ut liceret singulis plures uxores, aliis sex, aliis decem pro opibus ducere: ut Nobilibus plebeiorum uxores communes essent: denique ut virginis nuptæ florem loci dominus delibandi potestatem haberet. *H. Boeth. lib. 3.*

COELIBATUS GRÆCORUM.

Leges Iisdem statuisse ferunt, quibus iustitia æquè omnibus servaretur, vi, acque injuria metu penes sublati. Qua de causa prisca Græci eam Legiferam appellaverunt, tanquam primam legum inventricem. *Diod. Siculus lib. 1. cap. 2. de rebus antiquis.*

Ceres & *Persephos*, & Legifera à poetis appellatur: ejusque festa Thesmophoria apud Atheniensis celebrabantur. *Idem.*

VENUS OECONOMICA. QUÆ VIS ALIA.

Huc *Scortatio*, *Sex* quævis alia Libidinis species, quas sub *Intemperantia Venere* & loco *persecuti sumus.*

SOCIETAS PATRIA INTER PARENTES, ET LIBEROS, considerandi.

PARENTES, QUOD OFFICIA. CUIUSMODI EST Cura infantum.

ARISTODEMUS, Lacedæmoniorum rex, ex Egina filia Augustonius geminos sustulit, & mox obit. Lacedæmones primigenium ex lege regem creantur erant. Vnum eum pueri similes essent, neque quis illorum prior ex utero prodiret, discerni posset, percontati sunt Matrem. Eaque negante se dignoscere (dissimulabat autem, quoniam inagnopere cupiebat ambos effici reges) miserunt Lacedæmonii Delphos scilicet, quid in ea te ageret? Pythia respondit. Utrumque puerorum haberet pro rege, sed primigenium magis honorarent. Hoc responso à Pythia edito, Lacedæmonii nihilominus incerti quò pacto primigenium reperiret, admoniti fuerit à quodam Messenio nomine Panite, ut observarent, utrum puerorum mater priorem lavaret, cibaretque: quam si deprehenderent, eodem semper modo factitare, & habitum effere id omne, quòd quærent: sin illa alterando erraret, palam fore ne ipsam quidem quippiam magis nosse. Spartani igitur ex admonitione Panitis observantes matrem puerorum, ignatam cor observaretur: animadvertenteque illam præterentem alteri primigenium, cum cibando, tum lavando: acceperunt cum puerum qui magis honorabatur à matre, tanquam primigenium, pudicæque alendum curarunt, imposito ei nomine Eurythenis, H juniori autem Proclis. *Herod. lib. 6.*

Potestas erga liberos *apud Græcos.* *Vide Tit. Severianis parentum erga liberos, item Tit. Inobedientia liberorum ppa. Ulic Habitus interius, hic externa potestas consideratur.*

Patris ea potestas erat in filiis, ut si illa voto sese obstrinxisset, patre repugnante, eo solveretur. *Num. 30.*

ROMULI lege, Parentum in liberos omne jus fuit, relegandi, vendendi, occidendi. Si quis à patre venditus se in libertatem vindicasset, iterum, ac tertio patri, jus vendendi erat. Mitigavit nonnihil austerum carnem Num. Pompilius, qui tulit, nullum patri amplius jus in filium oportere esse, ubi illius iustu duxerit uxorem. *Sab. lib. 2. Enn. 2.*

FILII.